



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. D. Antonini Diana Panormitani, Cler. Reg. & S. Officij  
in Regno Sicil. Consultoris, Practicæ Resolviones  
Lectissimorvm Casvum**

**Diana, Antonino**

**Antverpiæ, 1645**

Virgo.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41753**

sa damni. Id autem intellige in foro conscientie; nam in foro externo. venditor tenetur tantum ad interesse intrinsecum. Lessius & alij 2. ibid. ref. 111.

Vide. Emptio, Vsera.

1 Virginis corruptor qui nullam vim adhibuit, aut dolum, sed precibus, blanditiis, & persuasionibus illam induxit ad consentium, non tenetur ad restitutionem, nisi preces illae essent adhibite ab aliquo cui puella deberet reverentiam, ut à domino, vel Principe; preces enim Superioris inducunt meatum. Turrian & alij 5. p. 2. tr. 16. ref. 48.

2 Raptus non est circumstantia necessaria explicanda in confessione, si virgo consensit, etiam parentibus insciis; secundum si parentes actu repugnant, quia tunc sit eis manifesta vis, & iniuria. Verum non tenetur raptor ad aliquā restitutionem virginis, vel parentibus faciendam, quia est domina corporis sui, & liberè consensit. Suarez & alij 3. p. 1. tr. 7. ref. 37. & p. 3. tr. 4. ref. 67.

3 Virginitas & Virgo quæ primò fornicatur, non tenetur hanc circumstantiam in confessione aperire; est enim

Fp 2 tan.

396

Vniuersitas.

tantum simplex fornicatio. Vasquez & alij 8. ib. ref. 10. & 11. & p. 3. tr. 4. ref. 67.

Vniuersitas.

**Q**ui in Vniuersitate promouetur ad gradum academicum, non habens omnia requisita à statutis Vniuersitatis, ut quia non interfuit cursibus debitiss, &c. non peccat mortaliter, secundum iuramento. Sanch. p. 4. tr. 4. ref. 173.

Votum.

**1** **V**otum de non procurando, vel acceptando Episcopatu, vel officio Iudicis, Senatoris, &c. validum est. Suar. & alij 5. p. 6. tr. 7. ref. 27.

**2** Qui dubitat an votum emiserit, vel an sufficientem habuerit usum rationis, non tenetur. Quando autem voulit post septennium, presumitur pro voto. Suarez & alij. Hinc i. certus se voulle Religionem, sed dubius an aliquam in particuli, potest quamlibet ingredi : vel qui voulit non accedere ad feminam, & dubitat an intellexerit de accessu fornicario tanum, an etiam maritali, potest uxorem ducere. Sanguis